



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118596

§. 49. Canobius Poloniæ Regem invisens, atque in Moscoviam contendere
ab eo deterritus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

„dum pertraherentur Protestantes, aut Sæcul. XVI.
 „sætem eorum violentiæ reprimerentur, A.C. 1561.
 „in qua cura defixus est animus meus:
 „de cetero responsum, quod a Pontifice
 „exspecto, Naumburgensis Conventus
 „decretum concernit:,, Ceterum Fer-
 dinandus nullam fecerat mentionem de
 congressu, quem Pius IV. se cum Cæ-
 sare Bononiæ habiturum sperabat, Pa-
 pæ tamen consilium de Moscoviæ Duce,
 ac Poloniæ Rege ad Synodum invi-
 tandis deprædicabat, ac tandem inquie-
 bat, quod Hosii, & Canobii prudentiæ
 committat, num Delphinum, vel alte-
 rum ad hosce Principes decernere ex-
 pediat.

§. XLIX.

*Canobius Poloniæ Regem invisens,
 atque in Moscoviam contendere
 ab eo deterritus.*

Hæc tamen Legatio comittebatur Ca- Pallav. n.4.
Thuan. l. 26.
 nobio, quem Poloniæ Rex perbe-
 nigne exceptit, pollicitus, quod suos Le-
 gatos æque, ac Episcopos ad Synodum
 alegare velit: verum in Moscoviam
 tendere, Nuntio dissuadebat, eoquod
 tum inter Polonos, & Moscovitas atrox
 bellum ferveret, ac nequidem Nuntio
 liber, securusque pateret transitus per
 hosce schismaticos populos, qui jurati

Sæcul. XVI. latinæ Ecclesiæ hostes omne cum Cæ.
A.C. 1561. fare commercium, aut cum alio quovis
 Principe, vel ejus Oratoribus respuunt:
 nihilominus Sigismundus Augustus Rex
 Canobio literas commendatitias ad Bo-
 russiæ Ducem supremum Teutonico-
 rum Equitum Magistrum dedit, eo fine,
 ut illum ad favorem Synodo præstan-
 dum induceret. Verum hic Princeps
 Nuntio respondit, quod conscientia stimu-
 latus accesserit ad Augustanam Con-
 fessionem, nec supremam in Romano
 Pontifice dignitatem agnoscat, adeoque
 sibi non licitum sit assentiri Concilio per
 eum convocato.

§. L.

*Nuntius ad Helvetios a Papa
 decretus.*

*Pallav. c. 9.
 n. 8.*

*Sarpius hist.
 Conc. Trid.
 t. 6. p. 423.*

Insuper summus Pontifex ad Helve-
 tios, qui tum Badæ prope Tigurum
 sua habebant comitia, Joannem Anto-
 nium Vulpium Novicomensem Episco-
 pum ablegabat, qui Nuntius adeo bene-
 vole excipiebatur, ut quidam Tigurini
 Magistratus Senator, si tamen Sarpi
 fides habenda, Pontificis diploma a Ca-
 nobio traditum *deosculatus fuerit, ac Pa-*
pæ, ut prosequitur idem Scriptor, *ea*
re cognita continere se haud potuerit, quin
omnibus apud se residentibus Legatis eam
rem cum maxima lætitiae significatione re-
nuntia-